TEMPUS

ODES

GALLICI THOMAS

EPICIS LATINIS

LIBERE INTERPRETATA

PATAVII

TYPIS NICOLAI ZANON BETTONI

MDCCCX

ANTONIO · FENZI

LAVREA · LEGALI · LAVDABILITER · DECORATO

ET · CAROLO · BRVNI

INTER · AESCVLAPII · NATOS · CONSACRATO

SEDVLITATE · STVDIO · INGENIO

NEMINI · SECVNDIS

HAC · DIE · GAVDIIS · DONATA

CONCIVIBVS · SVIS

MICHAEL · ANGELVS · CONCINI

ODAM · TEMPORIS · THOMAS

EPICIS · LATINIS · LIBERE · INTERPRETATAM

ETERNAE · AMICITIAE · ET · LAETI · ANIMI · MONVMENTVM

D. D. D.

Haec Odes inter plausus a Gallica Academia accepta fuit, et proemio remunerata. Id sat, quin laudibus inutiliter honestetur. Horribilis virtutis temporis congeries, modique morales hic, illuc late fusi quantum rapido phantasiae igne, quantum placidae quietis punctis juvenis valeat auctor mirifice ostendunt. Ipsa publicis comitata sententiis meruit, ut felicibus Angeli Mazza Gymnasio Parmensi Professoris, et Josephi Fossati Veneti ingeniis vestibus italicis indueretur, et postremis annis a Joanne Costa Seminario Patavino Professore venuste imitaretur. In filiam quoque Romanorum lingua veluti mater jus habebat, ideoque diligentiis, et curis operas navavi, ut hanc Odam, quam nuper Patavina ami-

eorum societate recitaveram epicis latinis interpretarem, et hac die duorum concivium gaudiis sacrata miserum poetici laboris specimen publicae fiduciae audenter donarem. Cum hoc reprehenderitis, meam juventutem, Lectores, memorate.

ODES

Quid brevi fortes jaculamur aevo
Multa . . . HOR. Lib. 2. Od. 16.

Jam spatium metro dimensus circinus aequo
Uraniae. Tempus, te solum spiritus ardens
Concipit ignotum ens, Tempus, tu summa vorago
Saeclorumque dierumque invisîbilis, ante
In tumulum quo me pellit tua tanta potestas
Quam praeceps labar, quo me me sistere nusquam
Audeo, mente tuumve immensum volvere cursum.
Quis mihi, quis retegit, tempus, quo tempore natum?
Ex quo fonte trahis? quisnam mortalis ocellus
Cernere rite potest? tua stant cunabula semper
Aeterni flexus postremo limite. Nondum
Res erat: obscura primaevae germen abyssi

Nocte tuum confusum una sine viribus. Omnes
Tum se urgere Chai, tum se contundere postes
Coeperunt subito, stellarum et fulgere lumen
Adspectae rutilarum circum. Lumina vitae
Pandisti; tibi leges aeternus dedit, atque
In motum fatus: lanx, motus, temporis esto,
Et natura tibi, Tempus: solummodo fine
Principio careo. Deus, haec essentia, magne
Est tua, divino moles sub numine praeceps
Divinas operas supra circumvolat aevi
Caelesti solio expers fati proxima nusquam.
Immensique dies, et semper saecula muta,
Quae se dejiciunt, se et crebris calcibus urgent,
Stant oculo nihil Aeterni, ac ego pulvere vili,
Et caeno natus rapio me tempore frustra,
Nam rapidi, atque levis cursus premor, undique vexor
Falce potenti, et quando solum contego punctum
Ingentis mundi punctum, quod lumine velox
Effugitat, visu tremulis sub gressibus astat
Mens stupefacta meis; lapsus fatalis imago
Apparet: nox terribilis, deserta, ruinae

Tristia spectaclis invitant lumina saevis:
Antiqui tumuli, quo jam densissimus auxit
Annorum muscus surrexit, moenia scissa,
Incensae urbes, turres fractae et temporis omnis
Viribus excelsis mutantis subditus orbis;
Temporis imperium tellus, coelum, aequor adorat.
At tacita dum per tranquilla silentia noctis
Dextra concutitur labentis macchina mundi
Entis terribilis flammatas insuper alas
Turgida mens rapide compellitur aethera supra
Reliquias illuc confusas quaerere, virtus
Temporis altis quas una cumulavit acervis.
Saecula praeterita, et vos aevo saecula tardo
Quae surgetis, vos hic .... audax nomine cogo.
Dum mihi permissum fugitivas ducere vitae
Auras, huc occurrite, sic mea vota requirunt.
En celeri cursu mensuro tempora vasta,
Annorum immensus moles, ac omnia jungo;
Venturo praesens extremo tempore cerno.
Jam tenebrae citius radiantia sidera Phaebi
Velabunt, citius concusso cardine mundi

Labentur fracti, dumuso vertice montis,
Utque in clivum praecipitant ingentia saxa,
Desuper astra ruent immani pondere quondam.
Tum subito aeternasque dies, tum aeterna potestas
Incipiet; ruptarum hoc confuso aequore rerum
Parvulus ut rivus cursus, et nomina Tempus
Deseret, et solus mortem, et tot saecula temnens
Fine carens meus extolletur Spiritus audax
Eversi tumulum gemini perfringere mundi.
Infestus per te frenatur limite pontus,
Magne Deus, per te stat non mutabile fatum
Temporis. At nunc noctis formidabile punctum
Aeternae quid erit? latet, o tu, Maxime, solus
Haud nescis, te pendet, dum et se evertere mundus
Cernet, tum solum excidium cognoscet acerbum.
Mortales, subito quum vestris aedibus aera
Horarum strepitent sonitu praenuntia rauco,
Mortales celeri tanto exhorrescite signo:
Suscito me somno, ac arrectis auribus olli
Spiritus emotu saevae tum murmura mortis
Horrida circum-stridentis jam attendere censet.

Ehu viles animi quae vos dementia captat?
Mentibus, et vitis fato conceditur atro
Punctum dumtaxat rapidum; cur sarcina vobis
Tam gravis est? auri caecus mortalis avarus,
Prodigus atque sui, quum se cognoscere discat
Tunc tumulum retegit, tunc mortem nomine cogit.
Vix oritur citius senio jam festus inerti
Occumbit, celeresque dies dulcedine ludi
Hic captatus damno inter solatia transit;
Temnit tempora dives, prave devorat illa,
Paulum omnis vivens felicem vivere credit.
Sic stultas animis mortales, pellite culpas
Vestris! quisque anima respirat, mente fruitque
Spiritus, et solum Tempus libretur ab illo.
A vobis veneretur Virtus, summa seipso
Vivendi ars discatur, sic vos omnia vitae
Omine curretis tuto momenta beati.
Ehu! si libertatem, dulcia munera caeli
Vendere tentarer quondam corruptus amore
Auri, sive jugum quondam mea pectora laxa;
Pectora sensibus ad faedum descendere pulsa;

O Tempus clamarem, extremam gressibus horam
Carpe cito, veni veni, meque eripe mundo:
Evocito potius quam abjecte vivere mortem.
At generosus amor scriptis si in pectora transit
Virtutis, mihi si cruciatum tollere amici
Unquam concessum, umquam si compellitur insons,
Atque manus mea si lacrymas obstergere posset;
Tu rapidum cohibe cursum, me, Tempus, honora
Me juvenem, saltemque mei mea mater amoris
Inscia perpetuo curam de pectore nati
Accipiat. Divae immortales Gloria, Virtus,
Ducite semper me recte, et fulgentibus alis
Crine meo niveo jam vos consistite quondam.
